

STEPHANI ABBATIS

EPISTOLA AD SANCTUM AUNARIUM,

AUTISSIODORENSEM EPISCOPUM.

Domino beatissimo et apostolicis intulis decorato Patri spirituali, Aunario episcopo, Stephanus, omnium servorum Christi famulus.

Decursis litteris apostolatus vestri, quod sancti desiderii ardor summa alacritate praetendit, luce clarius approbavi. Est ergo devotionis vestrae propositum, virorum opinatissimorum Germani et Amatoris floridæ vitae nobiles actus describi; sed ad eos lepidissimi callis vestri dirigatur intentio, qui possunt virtutum lumina aequiparvis afflatibus inspicere. Verum ego (cujus iners ingenium gemino rigore torpescit, et lingua balbutiens, faucium inter rauiculos cursus squallido sitis impedita rigore, non loquitur, sed potius stridet) quomodo potero divinitus inspirata virorum sanctissimorum munera polito expediti sermone, qui nec privata possum humano casu congesta negotia explicare? Ridiculo, mi fallor, ac inexplicabili ludibrio semet impedit quisquis ultra virium suarum possibilitatem onus

A assumit. Nonne ferarum sectatores, si minus captiosa industria formaverit, audax temeritas pessimumdabit? Nunquam tiro victoriae monumenta parva, quæ est pista, gestavit, si eum docta veterani exempli manus non instruxit. Nunquam etiam aeris sibi concessum patulum iter ales tutius resecavit, cui prævia dux penniger mater non fuerit. Jacebit profecto fluctuum elisione truncatus, quisquis suæ procacitatis fissus auctoramento, indocilem ratis dexteram ingerit clavo: sic unusquisque in diversum imperitiæ hamo inscinditur, si doctorum favoribus minime adjuvetur. Ego, beatissime vir, quæso ut illa mihi culmen apicis tui imponat, que facile me posse perficere non dubitat; si tamen et in hoc opere, quidquid illepide aut infascete rustica garrulitas digresserit, sequanimitter feras, aggrediar; et faciam quæ paterna insert ac jubet auctoritas. Vale in longum tempus, domine papa.

EODEM TEMPORE.

SEDATUS, BITERRENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA.

Ex Fabricii Bibliotheca.

Sedatus, episcopus Biterrensis, qui an. 589 concilio Toletano et Narbonensi interfuit, auctor est homilie de Epiphania primum Lugduni cum opusculis quorundam Patrum 1615 a Thoma Gallo editæ, post in Bibliotheca Patrum Parisiæ et Coloniensi inter ætatis incertæ scriptores positæ, cui tandem in Lugdunensi, t. XI, p. 1093, nomen episcopi Biterrensis apposuerunt. Inter Opera Augustini, t. V edit. Bened., append., p. 235, exstat sermo de Kalendis Januariis, qui in Ms. Floriacensis abbatæ Sedato episcopo tribuitur, dubium an huic nostro. Denique

C mentio facienda est epistolarum trium Sedati ad Ruricium Lemovicensem, quas Canisius edidit Antiq. Lectionum t. V, part. II, p. 438, edit. novæ tom. II, part. II, p. 360, 362, 367; cuius quoque ad nostrum aliquot epistolæ exstant. Habentur quoque tomo II Conciliorum Harduini, ut alias editiones taceam. Has epistolas quidam Sedato Nemausenium episcopo tribuunt, qui an. 506 concilio Agathensi, et an. 507 Tolosano interfuit*. Adde *Hist. littéraire de la France*, tom. III, p. 562.

* Has Sedati epistolas vides Patrol. tom. LVIII, coll. 865, 866, 867, ubi a Margarino de la Bigne, ex cuius Bi-

bliotheca desumptæ sunt, Fausto Reginensi tribuuntur, sub Sedati suppositio nouime, ad Ruricum scribenti. *Eccl.*